afficient ex vobis.
Et eritis odio omnibus
propter nomen meum.
Et capillus de capite
vestro non peribit. In
patientia vestra possi
debitis animas vestras.
Seq. s. Marcum
Egrediente ihesu de
templo: ait illi unus
ex discipulis suis.
Magister aspice qua
les lapides et quales
structure. Et respon
dens ihesus ait illi. Vi
des has omnes mag
nas edificationes?
Non relinquetur lapis
super lapidem: qui
non destruatur. Et
cum sederet in monte
olivarum: contra
templum: interro
gabant eum separatim
petrus et iacobus
et iohannes et an
dreas. Dic nobis
quando ista fient. Et

quod signum erit
quando hec omnia
incipient consummari.
Et respondens ihesus
cepit dicere illis. Vi Divisio
dete ne quis vos se
ducat. Multi enim
venient in nomine
meo dicentes quia
ego sum: et multos
seducent. Cum audi
eritis autem bella
et opiniones bello
rum ne timueritis. Opor
tet enim hec fieri:
sed nondum finis. Ex
surget autem gens con
tra gentem et regnum
super regnum: et
erunt terre motus
per loca et fames.
Initium dolorum hec.
Videte autem vosmet
ipsos. Tradent enim
vos in conciliis
et synagogis
vapulabitis: et ante
presides et reges stu